



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 69. Paschalis de Aragonia Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. LXIX.

Sæc. XVII.

A. C. 1677.

*Paschalis de Aragonia Cardinalis
extrema.*

Hoc item anno die decima Septembris Toleti in Hispania supremum diem obiit Paschalis de Aragonia Cardonæ Ducis Filius. Hic a puero sedulam humanioribus literis operam navabat, adultior autem factus in Salmanticensi Universitate emenso omnium ferme scientiarum studio Doctoratus Lauream, & Toletanæ Ecclesiæ Canonicatum promeritus est, raroque tanti Principis exemplo publice in præfata Academia Jurisprudentiæ Professore egit: inde ad sacræ Inquisitionis, & postea Aragonici imperii Senatuum evocatus, non tam ad Philippi IV. Hispaniarum Regis preces, quam ad proprii meriti famam ab Alexandro VII. sacro Purpuratorum Collegio annumeratus est. Postea ex Hispania Romam profectus, ibidem Regis negotia procurabat, ab eodem vero Pro-Rex creatus, Neapolitanum Regnum sapientissime regebat: Mortuo autem Philippo Rege a Regina Vidua primo Quæstitor, postea Archiepiscopus Toletanus renuntiatur, ubi commissi sibi gregis forma factus cunctas vigilantissimi optimique

*Eggs Purp.
dott. l. 6.**Clacon. in
vita Ale-
xand. VII.*

Sæc. XVII. mique Pastoris partes explevit, col-
 A.C. 1677. lapsa restauravit, elisa solidavit, infir-
 ma curavit, contracta refecit, abjecta
 que reduxit, & ne ab ejusmodi sacra-
 curis præpediretur, publicæ Quæstio-
 ris munere ultro se abdicavit.

§. LXX.

Synodi Tornacensis decreta.

*Concil. Ger-
 man. t. 10.
 pag. 54.*

Indixerat hoc anno ad diem primæ
 Junii Gilbertus de Choiseul Tor-
 nensis Episcopus Synodum Diœcesis
 nam, in cujus auspiciis levis erat con-
 tentio circa Sedis prærogativam inter
 Abbates S. Martini & S. Nicolai de
 Pratis, ubi tamen mox decisum, ut
 sine alterutrius præjudicio tum Abbat
 S. Martini priorem locum occuparet.
 His amice compositis inter cetera præ-
 cipue sancitum, ne ullus Parochus in
 denuntiationibus dispensationem petere
 audeat, nisi constet de Parentum con-
 sensu, pariter declaratum eorum ma-
 trimonia esse nulla, qui duntaxat pro-
 prium Parochum declinaturi in aliam
 Diœcesim contrahunt statim reversuri
 inculcatum pariter omnibus Clericis
 ne se condendis vel exequendis La-
 corum testamentis ingerant, cum sepe
 non raro sese non sine Ecclesiæ dedecore
 Laico tribunali sistere cogantur.